domino noſtro ihū chriſto iudice viuorū
et mortuoꝝ piiſſimo. qui viuit ⁊ regnat cū
deo patre in vnitate ſpūſſancti Amen.

Dñica q̄rta poſt trinitat̄. II
Sermo. XCI

Eſtote miſericor/
des ſicut et pater veſter miſericors
eſt. Luce. vj. Licet deus pater ſit
omnia in omibꝫ. eo ꝙ quicquid eſt ꝑfectio
nis virtutis et bonitatis in creaturis per/
fectius inuenitur in deo. Unde in ipō ſūt
omēs virtutes perfectiſſime. vt dicit philus
ij. Methaphiſice. Nihil tamen ſic relucet
in eius ꝑfectione quo ad creaturas ſicut mi/
ſericordia. Unde dicit beatus Thomas
ſcda ſcde. q. xxx. ar. iiij. Ꝙ licet charitas ſit
melior ꝙ̄ miſericordia. hoc tamen ſolum
eſt in homine. qui pro eo ꝙ habet ſupra ſe
ſuperiorē cui ꝯiungi debet. melior eſt ſibi
quo ad hoc charitas. per quā coniungitur
deo ꝙ̄ miſericordia per quā ſupplet defec/
tum inferioris. Quo ad deū tñ q̄ nullū h̄z
ſupra ſe. miſericordia eſt maxima. quia cū
ſit ſuperior ad eum ꝑtinet ꝙ alijs effundat
bonitatē et ſubleuet defectus eorū. qđ eſt
ſuperioris. Propter quod Ps. quid magꝭ
ꝓprie deo attribueret aut quē ipm̄ appella/
ret ad miſericordiam recurrens ait. Deus
me᷒ miſericordia mea. pſalmo q̄nq̄geſimo
viij. Ubi dicit Innocētius q̄rtus. Recte
loquitur homo que ex affectu loquit̄. q̄ nō
valens exprimere quod ſentit. diuerſa ver
ba ad vnū exprimendū inculcat. ita h̄ pro/
pheta poſt multa verba ſub vno nomine
miſericordie includit quicq̄d dixerat. ⁊ vo
cat deū miſericordiā ſuam. quia habet om
nia ab ipſo per miſericordiā. Hec ille. Et
Auguſtin᷒ ſuper eodē verſiculo dicit. At/
tendens propheta omia bona ſua eſſe deū
non inuenit quid appellaret deū ſuū niſi
miſericordiā ſuam. Et ſubdit. O nomen
ſub quo nemini deſperandū eſt. Si enim
interfectio xpi dimiſſa eſt penitentibꝫ q̄s
vult deſperare. Deus meus inquit miſeri
cordia mea. Quid ē miſericordia. ſi dicas
ſalus. intelligo quia dat ſalutē. Si dicas
refugiū meū. intelligo quia cōfugis ad me
Si dicas fortitudo mea. intelligo qꝛ dat
tibi fortitudinē. Miſericordia mea quidē
totū eſt. quicquid ſum de miſericordia tua
eſt. Hec Auguſtin᷒. Ex quibꝫ patet ꝙ licet
deus includat in ſe omia bona noſtra. ni/
hil tamen miſeris ſic ſapit ſicut miſericor/
dia. Propter q̄d licet diuerſis bonis qui/
bus nos dotauit diuerſimode a nobis no
minet̄. tamen nihil eſt glorioſius illo noie
quo pater miſericordiarū et deus toti᷒ cō
ſolationis appellat̄. Unde et filius dei eū
prēm noſtrū dignatus eſt appellare. cū for/
mā orandi ipm̄ ꝓponeret. Et patrem miſe/
ricordie cum nos ad miſericordiā digna/
tus eſt excitare ſicut in verbis themat̄ ꝓpo
nitur. cū dicit̄. Eſtote miſericordes ſicut ⁊
pater veſter miſericors eſt. In quibꝫ ꝓbis
tria tangunt̄. Primo eñ ponitur ad miſe/

ricordiã īuitatio.ibi. Eſtote miſericordes. Secūdo oſtendit dei magna dignatio in hoc q ſe prēm noſtrū appellat.cum dicitur Sicut pater veſter. Tertio ſubinfert diui ne pietatis oſtenſio.cum dicit.quia miſeri cors eſt.

A

Dixi primo q in verbis p̄miſ/ſis p̄mo ponitur ad miſericodiaz inuitatio.cū dicit. Eſtote miſericordes. Circa quod ſciendū q ſm Auguſtinū.ix.de ciuitate dei.cap.v. Mi/ſericordia non eſt aliud q̄ȝ aliene miſerie ī noſtro corde compaſſio qua compellimur ſubuenire ſi poſſumus. Licet autē miſeri/cordia conſiſtat in multiplici op̄atiōe ſub/uentionis ſm multiplicē effectū hūane cō/ditionis.tm̄ ſolū hic in euangelio fit men/tio de triplici.ſcȝ illa que conſiſtit in dādo remittendo ⁊ iudicando. Et quia de dua/bus vltimis ſufficienter dictum eſt.igitur reſtat adhuc de prima dicere que conſiſtit in dando. Et quia dare ↄtingit dupliciter vel querendo indigentes ⁊ eundo ad eos et iuxta eorū indigentiā tribuēdo. Sicut fecit btūs Laurenci⁹ q diſperſit et dedit pauperibꝫ.vel venientes indigentes ſuſci/piendo ⁊ eos humanit⁹ reficiendo.vt fecit Abraham Loth et alij ſancti patres. Vn̄ quia dictum eſt de prima que fit in dando per diſperſionez pauperū. Ideo videam⁹ de ſecunda q̄ fit in recipiendo per hoſpita/litatē ad quā ammonemur hic. Eſtote mi/ſericordes. Iſtud ſuadet apoſtolus dicēs hoſpitales inuicem.j.Petri.iiij. Et iteruȝ Romanoꝝ.xij. Hoſpitalitatem ſectantes. Eſt autē ſciendū q ad hoc vt hoſpitalitas ſit grata deo quatuor debet habere cōdi/tiones.videlicet hilaritatem ſine murmu/ratione.ſecuritatē ſine turbatione.ſaturi/tatē ſine diminutōne.et pietatē ſine nega/tione. Primo igitur debet habere hilarita tem ſine murmuratōne.vt hilarē ſe oſten/dat. Sicut miles ſi ad ſuū tuguriū deſcē/deret rex. Quia ergo quotiens hoſpitē ſu/ſcipimus totiens regem xp̄m ſuſcipimus Sicut ipe ait Matthei.xxv. Hoſpes erā et collegiſtis me. Et ſequit. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Ideo cum magna hilaritate ſunt ſuſcipiendi ho ſpites exemplo Abrahe Gen.xviij. Qui cum vidiſſet tres viros occurrit eis ⁊ ado

rauit in terra. Similiter Loth Gen.xix. Et apoſtoli Luce vltimo. Coegerunt illū ſcilicet chriſtū manere ad cenam. Vbi glo ſa dicit. Ex exemplo eorū docemur q per/egrini non ſolum ſunt ad hoſpiciū vocan/di ſed etiaȝ trahendi. Secundo debet ho/ſpitalitas habere ſecuritatē ſine turbatio/ne. Antiquitus em̄ homines defendebāt hoſpites ſuos ſub periculo proprio. Sic narrat Policratus libro.viij.cap.ix.vbi dicitur q criminis incurrebant notam.ſic patet de Loth.qui angelos hoſpites ſuos defendebat a Sodomitis. Maluitq; a cōciuibus luxurioſis inſigneȝ recipere in/iuriaȝ in ſobole ſua q̄ȝ in hoſpitibus ſuis. Refert etiam ibidem de quodam qui dice batur Albanus in Britānia.qui ſeipſum maluit tyrannorū exponere telis q̄ȝ hoſpi tem quem ſuſceperat. Tertio hoſpitalitas debet habere ſaturitatem ſine diminutio/ne.vt omnia neceſſaria ipſis hoſpitibus miniſtrentur. Unde cū leuita dixiſſet ſeni Judicum decimo nono. Nulla re indige/mus niſi hoſpitio. Reſpondit ſenex Ga/baonita. Ego prebeo omnia que neceſſa/ria ſunt tibi.tm̄ queſo ne in platea maneas De hoc etiam habetur exemplum in ſuna/mite.quarti Regum.iiij.que dixit viro ſuo Animaduerto q vir dei ſanctus eſt iſte qui tranſit per nos frequenter.faciamus ergo ei cenaculum paruū et ponamus ei in eo lectulū et menſam et ſellam et candelabrū et cum venerit ad nos manebit ibi. Sed iſtud eſt contra multos qui oſtendunt ho/ſpitibus pulchrum vultū et de peiori po/tu quem habent in domo miniſtrant. Un de Ethnicus ſtatuit vt recitat Policratus libro octauo.cap.xiij.verſus finem.vt ea que intus ſunt hoſpitibus hilari mode/ſtia apponantur.quodq; domi nō eſt.et ha bet vicinus.ematur. Propter quod idem Policratus reprehendit ibidem conſuetu dinem Ciſtercienſium tanq̄ȝ ab omi ciui/litate alienam.ſcd̄m quā nec carnes appo/nuntur hoſpitibꝫ.nec aliquid propter eos emit.cum tamen ipſe dicit.etiam ipſa ieiu/nia propter hoſpitem viri perfecti ſoluant et in multis de rigore ſuo plurimū indul/geant charitati. Hec ille. Unde legitur in vitis patrū. Ex abbas Caſſianus venies de paleſtina in Egyptum ad quendam pa trem.et cum ei hoſpitalitatem impendiſ/

ſet interrogauit eum quare tempore ſuſce/
ptionis fratrū regulā ieiunij nō cuſtodiret
quia forte cuꝫ hoſpitibus comedebat. Re/
ſpondit ille. ieiuniū mecuꝫ ſemper eſt. vos
autē ſemper mecū tenere non poſſum. Et
ieiuniū quāuis vtile eſt et res neceſſaria.
in noſtra tamen voluntate eſt. Charitas
autem plenitudinem legis exigit a nobis.
vnde ſuſcipiens in vobis chriſtum. debeo
exhibere que charitatis ſunt. cum autē di
miſero vos regulā ieiunij potero obſerua
re. Hec ille. Quarto dꝫ hoſpitalitas habe
re pietatem ſine negatione. vt pro diuino
amore non pro nummo vel lucro fiat. Ad
Hebreos. xiij. Charitas fraternitatis ma
neat in vobis. et hoſpitalitatē nolite obli/
uiſci. ¶ B ¶ Econtrario vero qui reci/
pitur in hoſpitiū quatuor in ſe debet habe
re. Primo ſit contentus per acceptationeꝫ
vtſcilicet acceptando que apponunt̄ ſit cō/
tentus. Luce decimo. Edentes et biben/
tes que apud illos ſunt. Et in hoc apparet
bonitas peregrini. Nam ſicut dicit So/
crates. Cum hoſpites ſuos ſatis tenui ce
ne ſuſcipere pararet et amicus eius hoc vi
tuperaret. Reſpondit. Si boni ſunt. equa
nimiter ferent. ſi mali curabūtur. Hoc eſt
contra noſtros viſitatores. qui exquiſita
fercula et pabula equorum faciunt parare
vltra vires illorū ad quos deſcendūt. Cō
tra quos eſt Canon. x. q. iij. Illud te. Ubi
Pelagius hoc prohibet. Ubi dicit gloſa.
ꝙ nō debet fieri vltra vires. ne breuis ho/
ra victum longi temporis conſumat. Co/
medat ergo lardum ⁊ carnes vaccinas nō
ferinas cum aceto. nec bibat vltra terciaꝫ
vicem. xliij. diſtinct. Quando preſbyteri.
Uerum licet ita ſit de iure ſtricto. conſue/
tudo tamē contrariū habet. cui ſtatur ſm
Archidiac. Secundo ſit hoſpiti ſuo gra/
tus. ſicut narrat Dares phrigius de bel/
lo Troyano ꝙ Thelephus impediuit ſo/
cium Achillem ne regem temere occideret
memor ꝙ cū patre ſuo Hercule apud euꝫ
olim fuiſſet hoſpitatus. Et Seneca libro
q̄rto de beneficijs dicit. Miles ingrat⁹
hoſpiti ſtigmatibus inſignitur. Et ibi nar
rat de quodam milite naufrago qui litto/
ri appulſus per quendaꝫ fuit hoſpitio per
duos dies ſuſceptus et refocillatus. Qui
tandem adiens imperatorem Philippum
regem macedonū predia illius benefacto/
ris impetrauit. Quo facto ille acceſſit ad
imperatorem et cauſam ingratitudinis il/
lius militis expoſuit. Tandē imꝑator iuſ/
ſit vt ingratiſſimo militi ſtigmata inflige/
rentur que eius ingratitudinē ꝑpetuo te/
ſtarētur. et hoſpiti iuſſit oīa reddi. Hec
Seneca. Tertio caueat hoſpes nimiā do
minationē in domo vel familia ſui hoſpit̄
q̇nimo domino domus obtēperare ſtude
at diligēter. Eſt eīm reꝑhenſibile ſi ordina
tam domū hoſpes preſumpſerit ordinare
vel etiaꝫ reprobare q̇ tenet̄ in omnibꝫ mo/
deſtiā obſeruare Iuxta illud metriſte. Cū
facis ingreſſum ſtudeas ſic eſſe modeſtus
Ut poſt egreſſum de te ſit rumor honeſt⁹.
Quarto caueat nimiā frequentatōeꝫ. Iux
ta illud Prouerbiorum. xxv. Subtrahe pe/
dem de domo proximi tui. ne forte ſaciat⁹
oderit te. Et propter eandem cauſam ca/
ueat magnam moram. Iuxta illud. Poſt
tres ſepe dies vileſcit piſcis et hoſpes. Ni
ſale conditus vel ſit ſpecialis amicus.
¶ C ¶ Sunt autem quatuor emolimē/
ta. id eſt. vtilitates hoſpitalitatis. Nam di
ſponit ad dei cognitiōꝫ. vt dicit̄ Luce xlti/
mo. Cognouerūt dominū in fractiōe pa/
nis. Sic eīm ſm Robertū holgoth ſuper
xix. cap. li. Sap. Nūq̄ꝫ diuina cognitio ali
cui infundit̄ occaſione viri in hoſpitio ſu/
ſcepti. Sicut patet cū viri litterati vel con
templatiui hoſpitantur. a quibꝫ in collatio
ne multa bona reuelant̄. Secūdo cōfert
temporaliū multiplicationē. ſicut patet de
vidua. iij. Regum. xvij. que Helyam in ho
ſpitio ſuo ſuſcepit. nec tamē defecit farina
nec oleum. Patet hiſtoria de duobus fra
tribus in quodā monaſterio. ſcꝫ date ⁊ da
bitur vobis. Eſt tamen de talibus ſicut ꝺ
quodam lapide. qui dicitur Eneidros. de
quo dicit Marbod⁹ in libro de lapidibus
cap. xlvij. ꝙ ſemꝑ emittit aquā in abundā/
tia. ⁊ tamen nunq̄ꝫ liqueſcit nec vnq̄ꝫ minui
tur. Sic tales ſemꝑ abundanter dant. ita
ꝙ nūq̄ꝫ plures mirant̄ qūo ſufficiāt Iuxta
illud Prouer. xi. Alij diuidūt ꝓpria ⁊ ditio
res fiūt. Alij rapiūt non ſua ⁊ ſemꝑ in ege
ſtate ſunt. Tertio excludit diuinā vltionē.
Sicut patet ꝺ Raab que ſaluata eſt a vin
dicta dei. eo ꝙ exploratores ſuſcepiſſꝫ ho/
ſpitio Ioſue ſexto. Quarto meretur dei et
angelorum ſuſceptiōem Matthei. x. Qui
vos recipit me recipit. Et Hebreorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

xiij. Hoſpitalitatem nolite obliuiſci. Per
hanc em̄ quidā placuerunt angelis hoſpi
cio receptis. Sicut Abraham Geñ. xviij.
Et Loth. xix. Refert Robertus holgoth
ſup lib. Sap. c. xix. ꝙ quidā ſenator ſibi ca/
ſtrū ↄſtruxit pulcerrimū. ſup cuꝰ ianuā ſic
metrice inſcpſerat. Decretū detur ne dor/
miat aut epuletur. Hic gens villana ſed
Achilles Plato Dyana. Intēdens ꝑ hoc
ordinare ꝙ nullus ad caſtrū ad hoſpiciuꝫ
ad prandium reciperet̄ niſi eſſet miles vel
phus vel domina. Cui chriſtus apparuit ī
ſomnis ⁊ ait. Me et meos a tuo caſtro co/
naris excludere. ꝓpter quod te caſtro meo
quod eſt celum debeo nō iniuſte priuare.
Quo facto cū miles debuit excipere ſentē
tiam. mater dei ſe oppoſuit. et obtinuit vt
contraria metra ſcriberent̄ ſub hac forma
Muta decretum ſanctoꝝ ſuſcipe cetum.
Nudum Martinum Lazarum Jacobū
peregrinum.

¶ Dixi ſecundo ¶ B ¶ C
ꝙ in verbis
ꝑmiſſis oſtenditur magna dei dignatio in
hoc ꝙ ſe prēm noſtrum appellat. cum dicit̄
Sicut pater veſter. Uere magna digna/
tio dei erga homines ꝙ ſe prēm fecit. Ps.
Ego ero ei in prēm et ipe erit mihi in filiū.
Deutro xxxij. Nunquid non ipe eſt pater
tuus qui poſſedit te. fecit te. et creauit te.
Creauit quo ad animā que eſt ex nichilo.
fecit quantum ad corpus. quod eſt ex ali/
quo ſimili. poſſedit te quantū ad vtrunqꝫ.
Unde ſaluator Matth. xxiij. Patrem no/
lite vocare ſuper terrā. Unus eſt enim pa
ter veſter qui eſt in celis. Iſte pater eſt pa/
ter ſanctitatis Johannis. xvij. Pater ſan/
cte ſanctifica eos in veritate. Secūdo eſt
pater maxime pietatis. quia omnia poteſt.
Marci. xiiij. Oīa poſſibbiīa tibi ſunt. Ter
tio ē pater miſericordiaꝝ. ij. Cor. j. Pater
miſericordiaꝝ et deus totius conſolatōis
que oīa ſunt magne dignationis et cle/
mentie reſpectu hominis. Quia igitur eſt
pater ſanctitatis. debemus eū deprecari ꝑ
deuotionē. Quia pater poteſtatis. debemꝰ
eū venerari per ſubiectioneꝫ. Quia pater
miſericordie et pietatis. debemus eū imi/
tari ꝑ miſericordie aſſimilationeꝫ. Primo
quia eſt pater ſanctitatis. debemꝰ eū depre
cari ꝑ deuotionē Matth. vj. Pater noſter
qui es ī celis ⁊c. In qua orōne nob neceſſa
ria pauciſſimis petitionibꝫ includūt̄. quē
oīs orōnes alias antecedit vtilitate ⁊ cō
pendioſitate. Uñ ſi eā fideliter dixerimus
impetrabimꝰ quicqd eſt neceſſariū ad ſalu
tem. Joh. xvj. Si quid petieritis prēm in
noīe meo dabit vobis. Secūdo quia pa/
ter eſt poteſtatis. debemꝰ eū venerari ꝑ ſub
iectionē Malach. j. Filius honorat prēm
et ſeruus dn̄m ſuum Si ergo ego ſum pa
ter. vbi eſt honor meus. Si dominus. vbi
eſt timor meus Eccl. iij. dr. Magna eſt po
tentia dei ſolius et ab humilibus honora
tur. Tertio quia eſt pater pietatis. debemꝰ
eum imitari per aſſimilationē. vt h. Eſtote
miſericordes ſicut et pater veſter miſeri/
cors eſt. Sicut em̄ dicit Robertꝰ holgoth
ſuper librū Sapientie. cap. xj. Laudabile
eſt et honorabile in filio bonam proprieta
tem patris effigiare. Proprietas dei ē mi/
ſereri. Et ideo Beati miſericordes Mat
thei. v. Ex quo igitur tam excellentiſſimuꝫ
in ſanctitate. tam vigoroſum in poteſtate.
tam clementiſſimum in pietate habemus
patrem. reuera nobiliſſimū genus ſumus
Unde apoſtolus Actuum. xvij. Ipſius
enim genus ſumus. Circa quod ſciendū
ꝙ genus humanum habet patrem nobi/
liſſimum. matreꝫ humilimam. germanos
ſeu fratres ſtabiles. Et ideo filios debet
habere vtiles. Pater nobilis eſt deus.
quem nos ſequi debemus in nobilitate
morum. Unde omnis virtuoſus eſt nobi
lis et generoſus. Et omnis vicioſus eſt
degener et ignobilis. Unde parum pro/
deſt nobilitas generis ſcōm carnem. ſi nō
fuerit nobilitas morum ſcōum virtutem.
Nam nobilitas generis ſcōm carnem in
hoc eſt defectuoſa. quia eſt ſimilis in ori/
gine cum ignobiliſſimo genere. Sicut di/
cit Boecius ſecūdo de conſolatione. me/
tro quinto. Omne genus hominuꝫ in ter
ris ſimili ſurgit ab ortu. Et ſequit̄. Unus
enim eſt pater. vnus qui cuncta miniſtrat
Et infra. Mortales ergo cūctos edit no
bile germen. Quaſi di. Omni nature ſimi
les ſumus. ſed nobiles facit inter nos qđ/
dam germen nobile morum et virtutum.
Unde Job tricesimo primo. Nunquid
non in vtero fecit me qui et illum. Et ideo
Apuleius de deo ſocratis dicit. In omni
bus conſiderandis noli illa eſtimare alie
na que parētes pepererūt. Et Hieronymꝰ

Apl'a.cxxvj.dicit. Q nobilitas nõ ē impo
nẽda filijs niſi ſint imitatores parẽtū. Cui
ↄcordat Cryſ.oml'.x.dicẽs. Nobilitas co
gnatoꝝ non valet niſi fuerim⁹ ipſi boni. Et
idẽ oml'.lxxxix.ſup Joh.dicit. Q nõ ꝓdeſt
hīc p̄rēm Jacob aut Abrahã ſine opibus
Et idẽ ſup Math.oml'.ix. Non ꝓdeſt ma/
lis bonitas parentū. Vñ infert oml'.xxxiij
ſup Joh.ↄcludẽdo ꝙ nobilitas carnal' nõ
valet ſine nobilitate ſpũali. Ex q̄bꝫ patꝫ ꝙ
fruſtra ſibi quidã blandiunť de nobilitate
generis nõ habẽtes nobilitatẽ moꝝ q̄ po/
tius ſunt monſtra nobiliū q̄ꝫ filij. Sic pro
bat de quibuſdã Valeri⁹ li.iij.c.xxj. Vana
eſt ꝗ talis nobilitas atqꜫ infructuoſa ⁊ pu/
doroſa. put ait Juuenalis. Si autẽ quc/
rat quis.q̃uo acquirit̃ iſta vera nobilitas.
Rñdet Cryſ.ſup Math oml'.xiiij. Q ꝟa
nobilitas eſt dei volũtatem facere. Vnde
Hieronim⁹ in li.de ↄiugio. Sola libertaſ
eſt nõ ſeruire pctõ. Sũma ãt apud deum
nobilitas clarere ꝟtutibꝫ. Et Bern̄.in li.de
ↄſideratõe ad Eugeniū. Genus apl'oꝝ nõ
aliūde nobile eſt q̄ꝫ moꝝ ingenuitate et fi/
dei fortitudine. Hec ille. Ex h̄ ↄcludit He
ricus de vrmaria in tractatu de orõe dñi/
ca. Q de⁹ ſolū illoꝝ eſt ꝟe pater ꝑ caritatꝫ
⁊ gr̃e adoptõeꝫ q̄ ſecū cõmunicat̃ i eſſe gr̃e
q̄d eſt eſſe virtuoſum ⁊ nobile ſm animaꝫ.
Scđo hēm⁹ matrẽ humilimã. vñ dēm⁹ ex
ẽcipſius ſeruare hũilitatẽ. Terra eñ ſm
Pliniū eſt infimū ⁊ humilimū elementū.
Refert Valeri⁹ li.vj.ca.iij. ꝙ duo iuuenes
Appollinem ydolū ↄſuluerunt quodã tp̃e.
quis ex ipſis Rome regnaturus eſſet. aut
quis deberet imperare. Et reſpondit.ꝙ il
le eſſet regnaturus qui ante eius oculos
oſculuꝫ matri dediſſet. Tunc vnus ex eis
qui dicebatur Bruthus ſe ſtatim ad terrã
proiecit.terrãqꜫ matrẽ omniuꝫ exiſtimans
oſculatus eſt.et fact⁹ fuit rex Romanoruꝫ
Iſto mõ q̄cũqꜫ ↄſequi regnū patris cele/
ſtis vult.neceſſe debet humiliari et terram
ſe eſtimare Ecci.x. Quid ſupbis terra ⁊ ci/
nis. Tertio hēm⁹ frẽs ſtabiles.vnde debe
mus ſeruare ſtabilitatẽ in bono. Iſti frẽs
ſunt angeli in bono cõfirmati et nobis in
adiutoriū dati. Vnde Raphael querenti
Thobie legitur dixiſſe. Ego ſum azarias
Ananie magni filius. Thobie.v. Verum
dixit angelus ſm interpretationem. quia
Ananias interpretatur adiutor. Ipſi eñ
ſunt adminiſtratorij ſpũs. vt dicitur He/
breoꝝ.j. Et ob hoc ſi ad p̄rēm celeſtẽ per/
uenire volumus ipſoꝝ auxilia requiram⁹.
Quarto habemus filios vtiles. filij noſtri
opera noſtra Ecci.xj. In filijs ſuis cogno
ſcitur vir.id eſt.in operibꝫ perfectis. ſcđm
glo. Apocalip.xx. Judicatum eſt de ſingu
lis ſm opera eoꝝ. Opera enim illorum ſe
quuntur illos. Apocal'.xiiij. In iſtis ergo
filijs ſeruemus vtilitatẽ. vt proſint nobis
ad gloriam non ad penam. Et tantū de ſe
cundo.

Dixi tertio ꝙ in verbis p̄miſ/
ſis oſtenditur di/
uine pietatis multiplicatio. cum dicit̃. mi/
ſericors eſt. Circa quod ſciendū ꝙ licꝫ ſal/
uator tradat hic doctrinam exemplarẽ de
operibus miſericordie in patre vt ad ſimi
litudinẽ eius faciamus miſericordiã. Nõ
eſt tamen omĩmoda ſimilitudo inter nr̃aꝫ
miſericordiã et dei patris. quia ſcriptū eſt
Ecci. xviij. Miſericordia hominis eſt cir/
ca proximū. miſericordia autẽ domini eſt ſu
per omneꝫ carnẽ. Eſt tñ aliqua ſimilitudo
inter eos. ſcꝫ vt ſicut ille dona ſua largien/
do multiplicat. ſic ⁊ homo dona ſua debet
multiplicare proximis. Vnde notandū ꝙ
miſericordia dei eſt fortis intenſiue. exten/
ſiue. et duratiue. hominis vero debilis in
firma et breuis. Primo miſericordia dei
eſt fortis intenſiue. i. maxime eſt potentie
quantū ad fortitudinem et potentiam de/
ſtruendi humanã maliciã. Nam nõ eſt pec
catū aliquod ita magnū. ita turpe. ita ma/
licioſum. ita deforme q̄n miſericordia dei
ſit maior ad remittendum. et potentior ad
deſtruendū. Vnde Iſaie p̄mo. Si fuerit
peccata veſtra ſicut coccinū. quaſi nix deal
babunt̃. quod eſt opus maxime potentie.
In hoc etiã eius miſericordia apparet for/
tis potens ⁊ magna. quia q̄ntūcūqꜫ irat⁹
fuerit de⁹ ſemꝑ miſericordia vincit irã ei⁹.
quã totus mũdus vincere nõ poſſit. Iux/
ta illud p̄s. Abacuc.iij. Cū irat⁹ fuerꝫ mi/
ſericordie recordaberꝫ. Et iõ Jacobi.ij.dꝛ
ꝙ miſcđia ſuperaltat iudiciū. Secũdo mi
ſericordia dei eſt fortis extenſiue. eo ꝙ mi/
ſericordia domini extendit̃ ⁊ dilatat̃ ſuper
omnẽ carnẽ Ecci.xviij. Vñ in p̄s. Miſe/
ricordia domini plena eſt terra. Vnde ipe
eſt ſicut fons a quo ꝓcedunt riuuli miſera
tionum. Pſalmiſta. Et miſeratões ei⁹ ſuꝑ

om̄ia opa ei⁹. Tertio eſt fortꝫ duratiōe. q̄a
q̄ntūcū𝔮ꝫ q̄s excedit ꝯtra eum expectat vt
miſereat̄ ⁊ parcat. Per oppoſitū eſt de hūa
na miſc̄dia q̄ eſt debilis ⁊ modica intēſiue
id eſt. parue potētie. Silr̄ extenſiue q̄a ad
paucos extendit̄ ⁊ diffundit̄. et eſt breuis
duratiōe. Prio ē modica intēſiue. q̄z vix ali
q̄s mouet̄ p̄cib⁹ gemitib⁹ ⁊ lacrimis vt miſe
reat̄. Vñ h̄ꝫ ſe reſpectu diuine miſc̄die ſic̄
ſcintilla reſpectu magni carbonis. Scin/
tilla em̄ q̄z h̄ꝫ modicum de igne ideo ſi dꝫ
ex ea accendi candela oportet q̄ multū ſuf
flet̄ in eam. ſꝫ carbo magn⁹ ignit⁹ ſtatim ac
cendit. Sic eſt de homīe q̄ nō cito miſere
tur ſicut de⁹. Propter q̄d apoſtolus dixit
ij. Thimo. iij. Erūt hoīes ſeip̄os amātes.
nō dixit. alios. Extēſiue etiā miſc̄dia hoīs
eſt parua ⁊ debilis. q̄a naturaliter extendit̄
prius ad parentes ꝯſanguineos aut ami/
cos. raro aūt ad extraneos. ⁊ nū𝔮ꝫ ad ini/
micos. Et iō ſignanter dr̄ Eccī. xviij. Mi/
ſeratio hoīs circa p̄ximū ſuū. Eſt etiā bre
uis duratiōe. q̄a nō durat diuti⁹ 𝔮ꝫ hō cer/
nitur oculis. Sicut porcus cōpatit̄ ſocio
𝔮ꝫdiu audit eius clamorē Oſee. vj. Miſe
ricordia vr̄a quaſi nubes matutīa. ⁊ quaſi
ros mane ptrāſiens. Eſt igit̄ miſericordia
dn̄i magna maior ⁊ maxia. ⁊ p̄ ꝯſeq̄ns mul
tiplex. Magna in ꝯferendo t̄palia. q̄a dat
eſcam omni carni. etiā pullis coruoꝝ. Et
Math. v. Facit ſolē ſuū oriri ſup̄ iuſtos ⁊
iniuſtos. Et in h̄ inſtruit nos vt ſilr̄ ſimus
miſericordes inimicꝭ nr̄is eis bn̄ faciendo
p̄ eis orādo. ip̄os diligēdo. Scd̄o medio/
cris eſt miſc̄dia dei expectando ad pn̄iam.
Trenorū. iij. Miſericordie domini q̄ nō
ſum⁹ ꝯſumpti. vt dicit Augu⁹. Si miſeri/
cors nō eſſet de⁹ nō haberem⁹ de peccatori
bus iuſtos. Propter q̄d ap̄l'us rep̄hendit
Romanos dicens. An diuitias bonitatis
et pacientie et longanimitatis eius ꝯtem/
nitis. Romanoꝝ. ij. Nec ſolum expectat ſꝫ
ſolus reuocat ad penitentiam Iſaie. xxx.
Aures tue audient verba poſt tergū mo/
nentis. Unde Gregorius. Debemus pie/
tatem erubeſcere monētis ſi iuſticiaꝫ eius
nolumus formidare. Sic nos debemus
eſſe miſericordes nō ſtatim vlciſcendo in/
iurias noſtras. Sed aut indulgendo aut
expectando et pacientiā habendo. quouſ/
𝔮ꝫ nobis proximi reconcilientur Math.
xviij. Nonne et te oportuit miſereri cōſer/
ui tui. Et etiam aliquādo reuocare ab er/
rore. vel iam commiſſo. quod pertinet ad
vnum. vel committendo quod pertinet ad
omnes Eccī. xviij. Unicuiq𝔮ꝫ deus māda/
uit de proximo ſuo vt eripiat eū. Medio/
cris etiam gratia dei apparet in conferen/
do gratiam gratis. ad Thitum. ij. Scd̄m
miſericordiā ſuaꝫ ſaluos nos fecit. Et Ro
manoꝝ. v. Cum adhuc inimici eſſem⁹ com
mendauit deus miſericordiā ſuam in no/
bis. Item protegendo iuſtificatos. Pſal/
miſta. Cuſtodi me domine vt pupillā ocu
li. Item bona coruꝫ multiplicando. Pſal/
miſta. Ibunt de virtute in virtutem. In
quo homo deberet etiā deum imitari gra
tiaꝫ ſcilicet beneficētie gratꝭ dando Mat
thei. x. Gratis accepiſtis gratis date. Con
trā vſurarios qui vnicam horam nolunt
gratis expectare. Deberet etiā homo pro/
tegere proximos Iuxta illud. Erue eos q̄
ducunt̄ ad mortem. Similiter bona eoꝝ
deberet multiplicare vbi poſſet tam fortu
ne 𝔮ꝫ gratie. Tertio maxima dei miſericor/
dia eſt in remunerando ſupra condignum
Romanoꝝ. viij. Non ſunt condigne paſſi/
ones huius tempis ad futurā gloriā que
reuelabitur in nobis. Et p̄pter hoc vocat̄
vita eterna donū. Unde Sap. iij. Donū
et pax eſt electis eius. Ubi dicit Holgoth
q̄ hoc pro tanto dicit Salomon quia poſ
ſet aliquis credere q̄ iſta remuneratio fiat
ſanctis p̄pter valorem ſuoruꝫ operū. quaſi
opera noſtra ex ſui cōditione forent cōdig
na tanta remuneratione. ideo dicit q̄ non.
ſed fiūt ex dei liberalitate ⁊ acceptione gr̄a
donū et pax eſt electis eius. Quaſi di. Pax
eterne beatitudīs. q̄ eſt futura elect̄ eſt do
nū dei liberaliter cōceſſum ⁊ ſup̄ ꝯdigna
tē paſſionū p̄ſentium p̄miantis. ¶F ¶

¶Circa q̄d breuiter quero. vtꝝ hō adiut⁹
gr̄a poſſit mereri vitā eternam ex ꝯdigno.
Videt̄ p̄mo q̄ nō. q̄z quicq̄d facim⁹ nos p̄
deo oīa tenemur facere ex debito etiam ſi
ampli⁹ facere poſſum⁹. Nā ſm̄ Ariſto. viij.
Ethicoꝝ. cap. ix. Diis nō p̄t reddi equalēs
Si ergo ex debito ergo nō meret̄. Unde
Luce. xvij. Cum om̄ia feceritis. dicite ſer
ui inutiles ſumus. fecim⁹ quod debuim⁹.
Item quiſq̄s meretur ab aliquo. cōſtituit
illū debitoreꝫ ſuū. Sed deus nulli eſt de/
bitor. ḡ nō poſſumus apō deū mereri. Ad
oppoſitū eſt illō Hiere. xxxij. Erit merces

operi tuo. Sed merces q̄ datur operi cor-
reſpõdet dignitati opis. Itē. j. Thimo. iiij.
De reliq̄ repoſita eſt mihi corona iuſticie.
Si ḡ iuſte ḡ ex ↄdigno. Ad q̄d rn̄deo ſm
Holgoth ſup. iiij. c. Sap. Q2 hoīez adiutū
gr̄a mereri ad vitā eternā de cõdigno põt
intelligi dupliciter. Uno mō q2 merita ho
minis tm̄ valeāt naturaliter. puta q2 tanta
ſit bonitas in natura z ſubſtãtia meriti q̄d
ei debeat̄ vita eterna. Alio mō q2 tm̄ vale-
at legaliter ex inſtitutōe legiſlatoris. Sic
parua pecunia cupri ex natura ſui ſine na-
turali valore nō valet tm̄. q̄ntū vn⁹ panis.
ſed ex inſtitutione p̄ncipis tm̄ valet. Iſto
mō opa nr̄a ex ſua naturali bonitate non
merent̄ vitā eternā ex cõdigno. ſʒ dē ↄgruo
tm̄. q2 congruuʒ eſt q2 homini facienti ſm
ſuā potentiā finitā detur premiū vite eter-
ne ex gr̄a nō ex ſubſtantia actus. Statuit
eñ de⁹ q2 bene operās in gr̄a habebit vitā
eternā. Et p legem et grām p̄ncipis noſtri
ih̄u meremur vitā eternā de cõdigno. Dñ
ergo dicit̄. Nō ſunt ↄdigne paſſiones. Ue-
rū eſt naturaliter ſed bñ legaliter vt dictū
eſt. Ad illud Luce. xvij. Fecim⁹ q̄d debui-
mus. deo xp̄o ſic ſtatuēte z ordināte. et nō
abſolute ex natura redemptōis. Ad ſcõm
q2 de⁹ cõſtituit̄ debitor ex natura ſui p̄miſſi
nō ex natura nr̄i cõmiſſi. Sicut dicit mgr̄
Sniaꝝ li. j. diſt. xvij. c. iiij.

Dñica q̄nta poſt trinitatiſ. I
Sermo. XCII

Sedens de naui-

cula docebat turbas Luc. q̄nto. Sicut dicit Aug⁹. in li. de v̄ra reli
gione. Tota vita xp̄i in terris p hoīeʒ quā
geſſit diſciplina moꝝ fuit. Oīa eñ bona
mūdi xp̄s ↄtēpſit q̄ ↄtēnenda docuit. z oīa
mala ſuſtinuit q̄ ſuſtinēda docuit. Uñ de
eo bñ dr̄ Actuū. j. Cepit ih̄s facere z doce-
re. Sicut igit̄ p alia ſua facta xp̄s exēpluʒ
nobis viuendi oſtendit. vt quēadmodum
ipſe fecit z nos faciam⁹ Joh. xiij. z ſi nō cor
poraliter tm̄ ſpūaliter. Ita etiā p h̄ q2 ſuper
mare nauigabat z de nauicl'a ſedens doce
bat turbas. vniuerſaliter totū mūdum in
ſtruebat vt p mare hui⁹ ſeculi in naui p̄nie
nauigem⁹. Ad h̄ eñ de nauicl'a ſedens do
cebat ſupra mare. vt doceret fugere inter
pericula h⁹ mūdi ad ſecuritatē p̄nie. q̄ ſm

Hieronimū Ep̄l'a. lxxxviij. eſt ſcd'a tabula
ſeu nauicula poſt naufragiū. Nam ſic bap
tiſm⁹ eſt prima nauicl'a poſt naufragiū ori
ginalis peccati. ita p̄nia eſt ſcd'a nauicl'a p⁹
naufragiū actualis culpe. Uñ ſi q̄s inno-
centiā i baptiſmo acq̄ſitā. peccatoꝝ actua-
liū inundatiōe fedauit. z dē illa naui cadēs
naufragiū paſſus eſt. recurrere neceſſe ha-
bet ad iſtā ſcdaʒ nauiculam p̄nie ſine qua
nō eſt ſalus. Juxta illud. Niſi penitentiaʒ
egeritis om̄es ſimul p̄ibitis. Q2 ſi xp̄s po-
tens ſiccis pedib⁹ mare ptranſire nō aliter
etiā q̄ p nauem voluit tranſfretare. Jux-
ta illud. Aſcendens in nauim z tranſfreta
uit et venit in ciuitatem ſuā Mathei. ix.
Quanto magis nos fragiles et debiles h̄
mare magnū et ſpacioſum pertranſire nō
licet ſine nauis auxilio. vt ad portum ve-
niamus. Et ſi ille non aliter q̄ʒ nauis be-
neficio venit in ciuitatem ſuaʒ. eo q2 opor-
tuit chriſtum pati. et ita intrare in gloriaʒ
ſuam. Luce vltimo. Quanto magis nos
peccatores qui culpis omnibus pleni ſu-
mus pati debemus vt in eius ciuitatē per
ueniamus. hoc eñ xp̄s ſiḡt in naui naui-
gans. hoc eſt verbo z exemplo ſuo ſedens
de nauicula docebat turbas. ſicut narrat
preſens euangelium. Cum turbe irrue-
rent ad hieſum vt audirent verbum. zc.
Circa que verba tria nobis ſunt ↄſideran-
da. Primo quid ſignificet mare in q̄ chri-
ſtus dicitur nauigaſſe. Secundo quid na
uicula. de qua dicit̄ ſedens docuiſſe. Ter-
tio que fuerit ſapientia et ſcientia quā tur
bis legitur predicaſſe.

A

Dixi primo q2 primo cõſide-
randū eſt q̄d ſig
nificet mare in quo chriſtus dicitur naui-
gaſſe. Dicit beatus Gregorius in omelia
quarta. Q2 mare ſignificat mundū qui tu-
multibus cauſarum quaſi quibuſdaʒ vn-
dis z fluctib⁹ cõcutitur. in quo ſunt pericu
la et reptilia. quorū nō eſt numerus. Bene
etiam ſm ipm. xvij. libro Moraliū. Mū-
dus mare dr̄. in q̄ corda hominuʒ terrena
querentiū diuerſis cogitationū fluctibus
intumeſcūt. p illō tm̄ mare neceſſe ē nos ire
ad terrā p̄miſſiōis et'ne. Dr̄ āt recte mare
mundus iſte ꝑpter tria. Primo propter in-
quietudinē tēpeſtatꝭ. Scd'o ꝑpter amaritu
dinē acerbitatis. Tertio ꝑp̄ invalitudinē

p̄nitentia dicit^r ſcd'a tabula
poſt naufragiū et baptiſmus
dicit^r prima tabula p^t naufragiū

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN